

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Princeps subditorum incolumitatem procurans. Emblema CXLIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Princeps subditorum incolumitatem
procurans .

EMBLEMA CXLIV.



TITANI quoties conturbant aequora fratres,
Tum miseros nautas anchora iacta iuuat:
Hanc pins erga homines Delphin complectitur, imis
Tutius ut possit figier illa vadis.
Quàm decet hac memores gestare insignia Reges,
Anchora quod nautis, se populo esse suo.

COMMENTARI.

- I. ANCHORA vtrinque hamata & erecta pingatur, cuius medium delphin, piscis celerissimus, complectatur, eiq; quasi circum volutus adhareat.
- II. TITVS Vespasianus olim mandauit ex Nummus cudi numisma, cuius altera in parte ipsius Vespasiani facies esset expressa, cū inscriptione nominis: in altera esset anchora, cuius medium delphin obuolutus complecteretur. Hoc numisma se vidisse testatur Chilidam autor, in prouerbio, *Festina lenis*. Id autem symboli nihil aliud sibi velle affirmat, quàm illud Augusti Caesaris dictum, *arsus est Spadior*. id est, *Festina lenis*.

Q 9 4 ii.

zē. quia anchora tarditatē, delphin celeritatem apte representet. Hęc ibi multis verbis tractantur, nec malē, vt videtur. Sed noſter Alciatus, qui ab illo aurore in aliquibus locis diſſentire ſolet, aliter illius numifmatis figuram interpretatur. Nam per delphinem cum anchora, quę aduerſus procellas & tempeſtates fabricata eſt, regem ipſum, & regium munus vulgè intelligi, ad quem pertinet calamitati & perturbationi ſubuenire, ſeditiones & procellas cōponere, & ærumnas ſubditorum depellere, pacique incumbere: idq; ex delphini natura diſcere, qui (vt ait Plinius lib. 13.) futuram tempeſtatem præſagire ſolet. Quocirca vt *φιλανθρωπος*, ſi nauem vëtis agitam offenderit, tutius vt ſigatur, anchoram quaſi humano quodã inſtinctu dirigit: ſic Princeps quiq; ſuorum maximè ſtudioſus eſſe debet, potiſſimum verò ſeniente tempeſtate & imperu belli, vel etiam infortunio quodam alio impendente, ne Reipub. ſtutus poſſit aliquo modo perturbari, aut etiã committi. In ſubueniendis etiam miſeris debet Rex imitari delphini celeritatem, quę maxima eſt, & penè incredibile, vt reſert Plinius lib. 9. cap. 8, & Ariſtoteles, & Oppianus. Cæterum delphinum anchorę illigatum pro inſigni & ſtemmate publico præter Veſpaſianum olim geſſerunt alij Principes & Imperatores laudatiſſimi, vt Auguſtus Cæſar, Seleucus, & Nicanor. Noſtro quoq; Læone Aldus Manutius, nobilis apud Venetos typographus, qua de re eſt elegantiſſima *παρρητικῆς* in proverbio, *Festina lente*: Gallici etiam imperij Thalſiarchus, quem Admiralium vocāt, hoc inſigne hodie etiamnum circumfert, vt ſuper laudatus ille Philippus Chabotius. In ſeuto Ulyſſis delphinum depictum fuiſſe ſcribit Plutarchus ad finem diſputationis, qua quærit, vera animalium plus rationis habeant, an terreſtria, an aquatilia.

Delphinus alligatus anchora.

Delphinus φιλάνθρωπος.

Anchora Thalſiarchi Gallici.

III. Titanij fratres.

TITANII quorū] Hoc primum moneo, Titanij hic triſyllabum eſſe, nam duo ij, cocunt in vnum per ſynæreſin. Dicuntur autem Titanij fratres venti, à Titane auoc fuit enim Aurora Titanis filia, quę miſta fratri Aſtrao peperit illi ventos, gigantes robuſtiſſimos. autore Heſiodo in Theogon. & Apollodoro lib. 1. Bibliothec. Hinc Brixiānus Pylades lib. 2. Theogon. ſic ait: *Aurora Aſtrao peperit Titania fratri Aſtraā & vëtos, qui freta longa premūt.*

Vnde etiam eoſdem Aſtros fratres appellat Ouidius 14. Metamorph. *Aerag; & cumidū ſubitis cōcurſibus aquor Aſtra turbant, & eunt in prælia fratres. Tum miſeros nauatas*] Epitheton conueniens, vt illud eſt Lucani lib. 8. *---miſerosq; fallentia nauatas*

Sidera non ſequimur. Anchora inſta] Nautę anxij ad anchoram confugiunt. Solent quidam dubitare, ſcribendumne ſit *anchora*, cum aſpiratione, an *ancora*. Quo pacto ſcribas, meo iudicio, parui reſert: ſi enim auctoritatem Val. Probi ſequaris, ſine aſpiratione ſcribes, ille enim dicit, tria tantum nomina Latina poſt e aſpirationem habere, *Larcho, Pulcher, Orcho*. Cui videtur adſtipulari Græcum *ἀγκυρα*, quod ſine aſpiratione proferitur. Vltus tamen ſecus ſuadet.

Pius erga homines Delphin] *φιλάνθρωπος*. id eſt, *amicus hominum*. De pietate delphini in homines plura diximus Emblem. 90. quibus adiungo, delphinum ob amorem in hominē eſſe capitalem crocodili hoſtem, quo nō eſt aliud infeſtiſſimum animal hominibus. Inſuper in delphino magna eſt charitas erga filios, quos etiam adultos diu comitatur. Autor eſt Ariſtoteles lib. 5. de hiſtor. anim. Sic rex animo paterno eſſe debet in ſuos, alioqui nō eſt rex, ſed tyrannus, vt in Politicis docet idem Ariſtoteles.

Tutus ut poſſit] vt firmius & ſecurius ſigi poſſit vadis pelagi. Nam anchora per metaphoram pro refugio & ſecuritate ponitur. Vide proverbium, *Anchora domus*.

Anchora quod nautis] Anchora ſymbolū boni principis, quo ſui in ſubditos officij admonetur. Vide proverbium, *Anchoram ſacram ſoluere*. Fuit autem anchora præſidij & ſalutis typus, Pierius lib. 45. Hierogl. Ad gloriam & felicitatem retulit Pindarus 6. Iſthmiorum: Si quis inquit, hominum ſumptu & labore diuinas virtutes exequitur. Deus illi amabilem gloriam præſtat. & ἡδὴ πρὸς ὀλοῦν βάλλεται ἀγκυρῶν θεόμιμος ἰών. id eſt: *Felicitatis iacit anchoram diuino honore autēus* Quid ſi huc reuocemus autēu Platarchi monitum eſt vita Solonis: quo loco dicit; Senatu velut anchora firmari ciuitatem. Memini & Euripidem in Hecuba, Polydorum gentis familiarę ſuz anchoram nominare, ἢς μὲν εἰς τὸν ἀγκυρῶν, *quod*

Orthographia anchora.

Delphini natura.

Anchora quid.

ἑμῶν . qui iam solus generis superest anchora nostri. Aristides oratione Panathenaica prima, dicit Græcos omnes sibi viſos fuiſſe in portu quodam duabus nixos anchoris, quaſi gemino fulcos præſidio. Refer huc adagium, Anchoris duabus ſultus.

IV.

PRÆCLARA præſenti Emblemate continetur γράμην. Princeps ſubditorum in columitatem procurans. quæ ſimilis mihi videtur ſententiæ Marcellini Ammiani, qui 29. lib. grauiſter pronunciauit, Imperiū curam eſſe ſalutis alienæ. Principes enim debent habere perſpectum, ſe ſibi minimè natos eſſe, ſed ad publicam omnium quietem. Quadrat huc optimè illud Xenophōtis è 3. Σπομνημον. vbi facit Socrateſ dīſputantem cum Dionyſiodoro: Quam ob cauſam, inquit, Homerus appellat Agamemnonem ποιμίνε λαῶν, niſi quod vt paſtor ſuarum ouium curam habere debet, quo habeant, quæ ſunt ad victum neceſſaria, ſic etiam Principem curare eſt neceſſe, quæ populo expediant. Non enim tantum laudatur Agamemnon vt κρατὲς αἰχμητῆς, ſed maximè vt βασιλεὺς ἀγαθός, qui nō ſe modo bene regeret, ſed etiam ſuis felicitatis cauſa eſſet. καὶ γὰρ βασιλεὺς ἀρετῆται, ἐχίνα ἑαυτῆ καλῶς ἐπιμελεῖται, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ ἰδόμενοι διὰ τῆτον, εὖ ἀρεθῆσιν. Rex non eligitur vt ſui curam habeat, ſed vt per ipſum, qui eum elegerunt, in felicitate viuant. Huic ſimile eſt illud ex Spartiano, ſæpenumero in concione & ſenatu dixiſſe Cæſarem Adrianum, ita ſe Remp. geſturum, vt ſciret populi rem eſſe, non propriam. Et Capitolini Antonino Pio: Huius primum hoc fertur, quod cum ab vxore argueretur, quaſi ſuis parum relictuſus, dixit, Stulta, poſtquam ad imperium tranſiuiſimus, & illud, quod habuimus antè, perdidimus. Elogium & hoc veridicū Traiani ex Plinio lib. 3. epiſt. 20. Sunt quidem cuncta ſub vniuſ arbitrio, qui pro utilitate communi ſolus omnium curas, laboreſque ſuſcepit. Idem panegyri-

co magnificentius: Bona conſcientia principatum ſibi deſatum acceptat, qui nō niſi animo ſeruandi illud accepit, & quem ipſius Reip. utilitas & vox ad illud arceſſit, non ſua. Idem ibidem: Quod precatus es, vt illa ipſa ordinatio comitorum bene ac feliciter eueniret nobis, Reipub. nonne tibi tale eſt, vt nos hunc ordinem votorum committere debeamus: Deos denique obſectare, vt omnia quæ facis, quæq; facies proſperè cedant tibi, Reipub. nobis: vel ſi breuius ſit optandum, vt vni tibi, in quo & Reipub. & nos ſimus. Cicero 8. Philipp. O diſ immortales, quam magnum eſt perſonam in Reipub. tueri principis, quæ non animis ſolum debet, ſed etiam oculis ſeruire ciuium? Illud Iſocrateum perplacet ad Nicoclem, regem Cypriorum: ἡ γὰρ μένος γὰρ δεῖν ἕκ ἐνὰ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ πολλῶν ὄντα τύραννον, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν τοῖς ἄλλοις, μηδὲ τὰ ἀπαδαία τῶν πραγμάτων, μηδὲ τὰς ἰδιοπρονοῦντας τῶν ἀνθρώπων αἰετὶς ἡδοναῖς ἀνακρίνειν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀρετῶν τῶν χρησίμων αὐτοῖς δοκιμάζειν. Oportet exiſtimites te non unum ex multis, ſed multorum principem exiſtitem, non tuam ipſius habere mentem cum alijs, (id eſt, aliorum inſeruire affectibus debere) neq; honeſta conſilia, neq; rectè ſentientes homines voluptatibus aſſimare, ſed utilibus actionibus probare. Coronidis loco adduco Epaminondæ Regis exemplum, qui cum Thebani diem feſtum agerent, omnibuſq; libidibus & comotationibus indulgerent. factus eſt cuidam è familiaribus obuius, ſqualidus & cogitabundus. Admirante illo, roganteque quid tandem eſſet rei, quod ſolus ad cum affectus modum obambulare? Vt vobis, inquit, omnibus ebrijs ac ſocordibus eſſe liceat. Innuens tum maximè vigilandum eſſe principi, quando populus maximè indulget genio. Nunc à principe ad ſenatum appellamus.

Iſocraſ locus.

Epaminonda exemplum.

Præclarus Xenophontis locus.

Plinij Secundi locus.

